UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Syntaxis Historiæ Evangelicæ

**Cope, Alan**

**Lovanii, M.D.LXXII.**

59. Christus de pane c[a]elesti apud Capharnaitas verba facit, & docet se esse pane[m] vitæ, ac carnem suam cibum esse quem oporteat manducare, & sanguinem suum potum quem oporteat bibere. Quo illius ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

**CAP. 59.** *Christus de pane cœlesti apud Capharnaitas verba facit, & docet se esse panem vitæ, ac carnem suam cibũ esse, quem oporteat manducare, & sanguinem suũ potũ, quem oporteat bibere. Quo illius sermone quidam discipulorum offensi cum deserunt. Apostoli autem cum eo permanent, quorum tamen vnus diabolus perhibetur.*

*Iohan. Cap. 6. * 58. & Cap. 7.*

| S. Matthaeus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|---|---|
| | | | Altera die, turba q̃ stabat trás mare, vidit quia nauicula alia nõ erat ibi nisi vna, & quia nõ introisset cum discipulis suis Iesus in nauí, sed soli discipuli eius abissent: alię verà superuenerunt naues à Tyberiade iuxta locũ vbi manducauerãt panẽ, gratias agẽte Dño. Cũ ergo vidisset turba quia Iesus nõ esset ibi, neq; discipuli eius, ascẽderũt in nauiculas, & venerũt Capharnaũ quęrẽtes Iesum. Et cùm inuenissẽt eũ trás mare, dixerũt ei, Rabbi, quãdo huc venisti? Respõdit eis Iesus, & dixit, Amẽ, amẽ dico vobis, quęritis me, nõ quia vidistis signa, sed quia mãducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini nõ cibũ qui perit, sed qui ꝑmanet in vitã ęternã, quẽ Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus. Dixerũt ego ad eũ, Quid faciemus vt operemur opera Dei? Respõdit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eũ quẽ misit ille. Dixerũt ergo ei, Quod ergo tu facis signũ, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri mãducauerũt mãna in deserto, sicut scriptũ est, Panẽ de cęlo dedit eis mãducare. Dixit ergo eis Iesus, Amẽ, amẽ dico vobis, nõ Moyses dedit vobis panẽ de cęlo, sed Pater meus dat vobis panẽ de cęlo verũ. Panis enĩ Dei est qui de cęlo descẽdit, & dat vitã mũdo. Dixerũt ergo ad eũ, Dñe, semper da nobis panẽ hũc. Dixit aũt eis Iesus, Ego sum panis vitę, qui venit ad me, nõ esuriet: & qui credit in me, non sitiet vn- |

| *S. Matthæus* | *S. Marcus.* | *S. Lucas.* | *S. Iohannes.* |
|---|---|---|---|
| | | | quã: Sed dixi vobis, quia & vidiſtis me & nõ creditis. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eũ qui venit ad me, nõ eiiciã foras. quia deſcẽdi de cælo, nõ vt faciã volũtatẽ meã, ſed volũtatẽ eius q miſit me. Hæc eſt enĩ volũtas eius qui miſit me, Patris: vt omne qđ dedit mihi nõ perdã ex eo, ſed reſuſcitẽ illud in nouiſsimo die. Hęc eſt aũt voluntas Patris mei qui miſit me: vt omnis q videt filiũ, & credit in eũ, habeat vitã ęternã, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſsimo die. Murmurabãt ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet, Ego ſum panis q de cęlo deſcẽdi: & dicebãt: Nõnne hic eſt Ieſus filiꝰ Ioſeph, cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo deſcẽdi? Reſpõdit ergo Ieſus, & dixit eis, Nolite murmurare inuicẽ: nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eũ, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Eſt ſcriptũ in Prophetis, Et erũt oẽs docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Non quia Patrem vidit quiſq̃, niſi is qui eſt à Deo: hic vidit Pãtrẽ. Amẽ, amẽ dico vobis, qui credit in me, habet vitã ęternã. Ego sũ panis vitę. Patres veſtri mãducauerũt mãna in deſerto: & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcẽdẽs: vt ſiquis ex ipſo mãducauerit, nõ moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in ęternũ. & panis quẽ ego dabo, caro mea eſt ꝓ mũdi vita. Litigabãt ergo Iudęi ad inuicẽ, dicẽtes, Quomodo poteſt hic nobis carnẽ ſuã dare ad mãducãdũ? Dixit ergo eis Ieſus, Amẽ, amẽ dico vobis, niſi mãducaueritis carnẽ Filij hoĩs, & biberitis eiꝰ ſanguinẽ, nõ habebitis vitã ĩ vobis. Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meum |

| *S. Matthæus* | *S. Marcus.* | *S. Lucas.* | *S. Iohannes.* |
|---|---|---|---|
| | | | ſanguinẽ, habet vitá ęterná: & ego reſuſcitabo eũ ĩ nouiſsimo die. Caro enĩ mea verè eſt cibus, & ſanguis me⁹ verè eſt potus. q̃ máducat meá carnẽ, & bibit meũ ſanguinẽ, ĩ me manet, & ego ĩ illo. Sicut miſit me viuẽs Pater, & ego viuo ꝑpter Patrẽ: & qui máducat me, & ipſe viuet ꝑpter me. Hic eſt panis q̃ de cęlo deſcẽdit. Nõ ſicut máducauerũt patres veſtri mãna: & mortui ſunt. Qui máducat hũc panẽ, viuet ĩ ęternũ. Hęc dixit ĩ ſynagoga docẽs, ĩ Capharnaũ. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerũt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eũ audire? Sciẽs aũt Ies⁹ apud ſemetipſum q̃a murmurarẽt de hoc diſcipuli ei⁹, dixit eis, Hoc vos ſcãdalizat? Si ergo videritis Filiũ hoĩs aſcẽdẽtẽ vbi erat prius? Spirit⁹ eſt qui viuificat: caro nõ prodeſt quicq̃, verba q̃ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt quidá ex vobis, qui nõ credũt. Sciebat enĩ ab initio Ieſus qui eſſent nõ credẽtes, & quis traditurus eſſet eũ. Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datũ à Patre meo. Ex hoc multi diſcipulorũ ei⁹ abierũt retrò: & iá nõ cũ illo ambulabãt. Dixit ergo Ieſus ad duodecĩ, Nũquid & vos vultis abire? Reſpõdit ergo ei Simõ Petrus, Dñe, ad quẽ ibimus? verba vitę ęternę habes. & noscredimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei. Reſpõdit eis Ieſus, Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt? Dicebat autem Iudã Simónis Iſcariotem: hic enim erat traditurus eũ, cùm eſſet vnus ex duodecim.<br>Poſt hęc ambulabat Ieſus in Galilęá, nõ enĩ volebat in Iudęá ambulare: quia quęrebant eum Iudęi interficere. * 75. |